



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Historiæ Augustæ Scriptores VI**

Ælius Spartianus. Vulc. Gallicanus. Julius Capitolinus. Trebell. Pollio. Ælius  
Lampridius. Flavius Vopiscus

**Spartianus, Aelius**

**Lugduni Batavorum, 1671**

Flavii Vopisci Syracusii Tacitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51232)

*funeral* beret autem infundibulo apposito plus orca. Habuit tempus, præter seditiones quasdam domesticas, fortunatissimum. Populus autem Romanus eum amavit: <sup>1</sup> senatus & timuit.

liber: *berbicem & porcellum*. sic enim scribebant, *berbicem* pro *vervece*. quod in multis calamo exaratis libris etiam antiquissimis quibusdam, & optimæ notæ reperitur.

<sup>1</sup> Senatus timuit.] Idem liber: se-

natus & timuit. recte. Populus Romanus Aurelianum amavit. Senatus etiam timuit.

GRUTERUS.

<sup>1</sup> Senatus & timuit.] Immissi copulam, præeunte Palatino.

## FLAVII VOPISCI SYRACUSII

## TACITUS.

<sup>1</sup> Q UOD post excessum Romuli novello adhuc Romanæ urbis imperio factum <sup>3</sup> pontifices, <sup>4</sup> penes quos

CASAUBONUS.

<sup>1</sup> TACITVS.] Melius hic liber inscribatur, Tacitus & Florianus. nam uno libro utrumque se complexum indicat illis verbis: *Ne quid deest cognitioni, plerasque huiusmodi epistolas in fine libri posui.*

<sup>2</sup> Quod post excessum Romuli nov.] Aurelius Victor: *Tantum ille vir severitate atque incorruptis artibus potuit, ut ejus . . . . . necis auctoribus exitio: pravis metui: simulata dubiis: optimo cuique desiderio: nemini insolentiae aut ostentationi esset: atque etiam soli, quasi Romulo, interregni species obvenit, longe vero gloriosior. ubi codicis hiatus notavimus, desideratur vocabulum mors, aut simile aliud, sine quo ruit perodus tota.*

<sup>3</sup> Pontifices penes quos scribenda historia potestas fuit.] M. Tullius De oratore lib. II. *Erat initio historia nihil aliud, nisi Annalium conscriptio: cujus rei memoriae publicae retinendae causa, ab initio rerum Romanarum usque ad P. Mucium pontificem maximum, res omnes singulo-*

*rum mandabat literis pontifex maximus referrebatque in album, & proponebat tabulam domi, potestas ut esset populo cognoscendi: iique etiam nunc Annales maximi nominantur.*

SALMASIUS.

<sup>2</sup> Quod post excessum Romuli.] Nec defectus, nec vitium est in verbis Aurelii Victoris, quæ nos ita legitimus: *Tantum ille vir severitate, atque incorruptis artibus potuit, ut ejus necis, auctoribus exitio: pravis metui: simulata dubiis: optimo cuique desiderio: nemini insolentiae aut ostentationi esset. ait necem Romuli, auctoribus exitio fuisse, pravis metui, &c. necis vel necis, ut legebatur in exemplari, pro nex. & multa alia sunt in illo auctore novæ lectionum locutionumque exempla, de quibus alibi dicendi locus. nec igitur pro nex, ut grues pro grus apud Phædrum: lupus & grues. Glossæ: Grues, *γρῦες*. sic seps & sepes.*

<sup>4</sup> Penes quos scribenda historia potestas fuit.] Interferit vocem vetus editio, quæ

quos scribendæ historiæ potestas fuit, in literas retulerunt, ut interregnum, dum post bonum principem bonus alius quæritur, iniretur, hoc post Aurelianum, habito inter senatum exercitumque Romanum non invido, non tristi, sed grato religiosoque certamine <sup>1</sup> sex totis mensibus factum est. <sup>2</sup> Multis tamen modis hæc ab illo negotio causa separata est. Jam primum enim quum interregnum ininitum est post Romulum, interreges tamen facti sunt. <sup>3</sup> Totusque ille annus per quinos & quaternos dies sive ternos centum senatoribus deputatus est, <sup>4</sup> ita <sup>5</sup> ut qui valerent, interreges essent singuli dumtaxat. <sup>6</sup> Quare factum est ut & plures

quæ nescio an necessaria sit, penes quos *serius scribendæ historiæ potestas fuit.*

## CASAUBONUS.

<sup>1</sup> *Sex totis mensibus factum est.*] Auzelius Victor, sex circiter menses ait: at alter Victor, septem. Vopiscus libro superiore, ut hoc loco, & iterum infra hoc libro.

<sup>2</sup> *Multis tamen modis hæc ab illo negotio causa separata est.*] Hoc addit in honorem Aureliani: simillime Victor paulo ante, longe vero gloriosior.

<sup>3</sup> *Totusque ille annus per quinos & quaternos dies sive ternos, centum senatoribus deputatus est.*] In hac de interregno post Romulum historia partim consentit Vopiscus iis auctoribus quos hodie habemus, partim alios sequitur, quorum hodie nihil superest. quod ait centum senatores fuisse, à Livio habet, qui eum numerum ponit. nam alii alium: ut Plutarchus qui c. Dionysius Halicarn. qui cc. de quinque diebus imperii interregum consentiunt Dionysius, T. Livius, & Plutarchus. sed cum addit, & quaternos dies sive ternos, discedit ab iisdem, nec quos sequatur scio.

<sup>5</sup> *Ut qui valerent interreges essent, singuli dumtaxat.*] Videtur dicere, quodam è patrum numero, quod parum valerent, imperii participes non fuisse. de quo nihil veteres.

Tom. II.

<sup>6</sup> *Quare factum est ut & plures annos interregnum iniretur.*] Hic vero profusus contraria scribit Vopiscus Livianæ historiæ: nam ille annum intervalum fuisse regni auctor est, idem & alii. Dionysius & Plutarchus tempus non definiunt. Zonaras varie proditam fuisse hanc historiam adnotat. Nullum hic mendum esse, neque aliter Vopiscum scripsisse, arguunt sequentia verba, *ne aliquis (nempe centum illorum senatorum,) sub æquali dignitate, Romani expert remaneret imperii.* Quare non probo quod aliquando placitum, scribi debere: *factum est ut & plures eo anno interregnum inirent.*

## SALMASIUS.

<sup>4</sup> *Ita ut qui valerent, interreges essent.*] Id est, qui possent, qui valetudine non impedirentur.

<sup>6</sup> *Quare factum est, ut & plures annos interregnum iniretur.*] Palatinus habet: *ut & plus annos interregnum iniretur.* quod non libuisset notare, nisi & alio loco eandem scripturam apud eum invenissem. sic enim in vita Claudii scribit: *Doctissimi Mathematicorum centum viginti annos homini ad vivendum datos iudicant, neque amplius cuiquam jactitant esse concessos.* nec mihi dubium est quin hic fuerit peculiaris Vopisco loquen-

P P

di mo-

di modus: quem videor & apud alios observasse. sed apud quos, memoria mihi nunc negat meminisse. Suboritur tamen heic dubitatio, quid opus fuerit plures annos interregnum iniri, ut centum senatores omnes, interregnum singuli suo ordine participarent, nec aliquis ejus imperii maneret expers? sane si per ternos tantum dies singuli imperarunt, unus annus potuit sufficere ad eam omnibus dignitatem impertiendam. computentur enim dies anni, & numerus senatorum qui illud imperium participabant, & dierum qui singulis ad regnandum erant deputati, integrum annum non absolvent illi centum interreges. ipse etiam Vopiscus una tantum linea intermedia, unum annum interregni videtur agnoscere. quid enim aliud sonant hæc verba? *Totusque ille annus per quinos, & quaternos dies vel ternos centum senatoribus deputatus est.* Quid igitur heic sibi vult scribens plures annos interregnum initum? demus per quinos dies, singulos senatores potestatem regiam obtinuisse, non tamen duos integros annos interregni illi centum senatores in orbem regnando consumunt & complebunt. cessat igitur illa ratio, quam heic posuit, ideo plures annos interregnum initum, ne aliquis ex illis centum maneret ejus dignitatis expers. Fortasse scripserat Vopiscus: *quatre factum est, ut & plus anno interregnum iniret ut.* cui conjectura eximie favet Palatina scriptura quam supra retulimus. & hanc lectionem veram esse arbitror. nam si per quinos aut quaternos dies singuli in potestate fuerunt, & volumus omnes senatores qui centum fuerunt, potestatem illam in ordine suo singulos degultavisse, necesse est interregnum duravisse annis quidem duobus minus, sed plus anno. quod subtilius rationem ducentibus manifestum erit. Sed longe aliter Livius, cujus nemo adhuc quod sciam in ea te narranda sententiam assequutus est. certe nemo palam fecit sese ejus mentem

percepisse. non enim singulorum senatorum imperium toto illo interregni tempore, quinque dierum spatio definit, sed singularum decuriarum. ita ut decem senatores, per quinos tantum dies in imperio fuerint, singulis creatis in singulas decurias, qui cum insignibus imperii essent, & lictores haberent, reliquis tamen ex eadem decuria senatoribus pariter imperantibus, & eandem potestatem obtinentibus. Hæc mens fuit Livii, nec enim aliam ejus verba possunt interpretationem admittere, cujus tamen in mentem huc usque nemini venisse miror. Eam comprobare videtur ex parte Plutarchus, qui discretim scriptum reliquit in vita Numæ singulos quoque senatores quos centum quinquaginta fuisse vult, in hæc re à Livio dissentiens, non plus duodecim horis imperium tenuisse. sic enim communi consensu inter se potestatis tempora partitos esse, ut sex horas noctis, & sex diei singuli regnarent. sic duodecim horarum spatio fiebat eorum imperium. quod plane Livii sententiæ suffragatur. hoc enim pacto decem senatorum, hoc est unius decuriæ imperium, quinque dies fiebant. verba Plutarchi sic habent, ut nos ea legenda esse putamus: *ἔπεισαν οἱ πραιποσίτοι πενήτην ἡμέραν ὄντων αἰτῶν, ἃν μέρη ἕκατον τοῖς βασιλικαῖς ἀρχαῖς ἡσμεῖν, ἵνα τε τοῖς θεοῖς τὸ νεομισθῆναι, καὶ κρηματίζεσθαι, ἐξ ἧς ἡμέρας τὸ νυκτὸς, ἐξ δὲ τῆς ἡμέρας.* vocem *Κυρίως* expunximus, quæ sententiam turbabat, & prorsus alieno loco insidebat. quidem est, oro te, *κρηματίζεσθαι Κυρίως* an quod interpretes reddiderunt, in loco Quirini jura reddere. nihil ineptius, aut nugacius, sive rem ipsam consideres, sive Græcam loquutionem spectes. illud *Κυρίως* intruserunt, qui legerant in vita Romuli, post ejus mortem eidem supplicatum sub Quirini nomine: sed quid esset *κρηματίζεσθαι* parum attenderant. Sic autem oportet eundem uno eodem-

res annos interregnum iniretur, ne aliquis sub æquali dignitate Romani expers remaneret imperii. Huc accedit quod etiam sub consulibus tribunisque militaribus præditis imperio consulari, siquando interregnum initum est, interreges fuerunt. Nec unquam ita vacua fuit hoc nomine Romana Respub. ut nullus interrex biduo saltem triduove crearetur. Video mihi

demque die & privatum & regem processisse: quod in sequentibus ita docet Plutarchus: *καὶ γὰρ ἡ Δημοκρατία τῶν κραιῶν ἐκατέρωθεν ὡς ἰσότητος καλῶς ἔχειν ἐδόκει τοῖς ἀρχαῖσι, καὶ ὡς τὸ δῆμον ἢ μετὰ βολὴν τῆς ἐξουσίας ἀφαιρῆναι τὸ φθόνον, ὁρῶντες τὸ αὐτῆς ἡμέρας καὶ νυκτὸς τὸ αὐτὸν ἰδιώτην ἐκ βασιλείας ἡγεμόνων.* Aliter tamen Livius, qui hæc horaria imperia non agnoscit, sed per decurias imperasse centum illos patres scribit, ita ut singulæ decuriæ quinque dierum spatium finitum imperium obtinerent, singulis in singulas decurias creatis, qui summæ rerum præssent, sic quidem ut penes unum essent imperii insignia, reliqui autem pari jure potestateque cum eo imperarent. inanis igitur illa & supervacanea distinctio fuerit, quam instituit doctissimus Onuphrius, de mensium varietate, & interregum, qui per illud interregni spatium regnarunt, numero. ut si annum illo tempore decem tantum fuisse mensium pro confesso sumamus, sexaginta interreges extitisse certum sit: si vero duodecim, tum interreges fuisse plus minus LXX. sit necesse. si Livium sequimur & Plutarchum, non solum omnes senatores, quotquot fuerit, semel orbem suum confecisse, & ordine suo regnasse necesse est, sed etiam multis vicibus orbem illum regnatorium ad singulos redisse, verissimum est. idque aperte vocificat Livius, cum scribit: *quinque dierum spatio finiebatur imperium, ac per omnes in orbem ibat.* quæ verba satis indicant pluries orbem illum cucurrisse, &

omnes pervasisse, quem ne semel quidem fuisse absolutum nobis persuadere conatur Onuphrius. Dionysius quem sequitur, & cujus fide non ad omnes senatores regnandi vicem devenisse scribit ille vir doctissimus, quinque dies quidem singulis patribus spatium regnandi assignat, & singulas decurias dies quinquaginta in imperio fecisse narrat, (quam diverse à Livii narratione!) totius tamen interregni tempus, non anni unius spatium, sicut Livius, finivit, sed indefinitum reliquit. Res igitur diversas ductasque una copula jungit, qui ex Livio tempus totius interregni petendum putat; ex Dionysio vero, spatium quo singuli regnarunt. cum hi duo auctores, tam varia, tamque pugnantia prodiderint. hoc etiam heic facit Vopiscus, qui diversorum auctorum diversas opiniones in unum componens & miscens, incertus ipse & ambigens, quibus magis standum esset, incertos etiam dubiosque lectores dimittit, & totam orationem suam miris modis intricat, & involvit, & modo ait, modo negat: nec heic tantum, sed in aliis locis non paucis, res breviter & incuriose narrando, ei se vitio maxime fatetur affinem, quod in Trebellio Pollione reprehensum à Tiberiano fuisse supra scribit.

## CASAUBONUS.

I Ut nullus interrex biduo saltem triduove crearetur.] Dixisset magis perspicue: ut non aliquis interrex ad biduum saltem triduumve crearetur.

mihī posse objici, <sup>1</sup> curules magistratus apud majores nostros quadriennium in Rep. non fuisse: <sup>2</sup> sed erant tribuni plebis cum tribunitia potestate, quæ pars maxima regalis imperii est: <sup>3</sup> tamen non est proditum, inter-

<sup>1</sup> Curules magistratus apud majores nostros quadriennium in Rep. non fuisse. ] Immo per quinquennium ἀναρχία fuit Roma, ut notatum est in Annalibus: sed & alii multi quadriennium dicunt. Adī ad Fastos Caroli Sigonii, & Onufrii in anno V. C. CCLXXVIII.

<sup>2</sup> Sed erant tribuni plebis cum tribunitia potestate, quæ pars maxima regalis imperii est. ] Verum erat Vopisci temporibus, & sub imperatoribus semper, tribunitiam potestatem partem maximam regalis imperii esse: ea enim fuit vis ejus potestatis, ut merito inter præcipua censi possit, quibus astringebatur principibus nova majestas illa imperatoria, ex multis antiquis dignitatibus collecta. sed hoc in illis solis verum: & quidem ex Augusti inventione, qui, ut ait Tacitus, id summi fastigii vocabulum reperit. in antiquis tribunis plebis, quorum omnis in intercedendo potestas, dignitas prope nulla, falsum est quod hic Vopiscus scribit. Ira non dubitat Diodorus Siculus quadriennium illud sive quinquennium, quo tribuni pl. rem publicam obtinuerunt, ἀναρχίαν, Titus Livius solitudinem magistratum, nominare. & Sextus Rufus: Sine magistratibus, inquit, Roma fuit annis quatuor. Quare falsus est hoc loco Vopiscus.

<sup>3</sup> Tamen non est proditum, interreges eo tempore non fuisse. ] Atqui satis aperte nullos fuisse eo spatio interreges affirmant historici, cum nullos commemorant: sero enim & fere post exactum quinquennium, ut est apud Livium, remittentibus tribunis plebis, comitia per interregem sunt habita.

SALMASIUS.

<sup>2</sup> Sed erant Tribuni plebis cum tribunitia potestate, quæ pars maxima regalis imperii est. ] Heic probare con-

tendit Vopiscus, etiam sub consularibus, & tribunis militaribus consulari potestate præditis, si quando interregnum initum est, fuisse interreges; & nunquam sine interregibus fuisse rempublicam, vel ad aliquot saltem dies: quin & toto illo quadriennio, quo magistratibus caruit respublica, etsi alios magistratus non habuerit: Tribunos tamen habuisse plebis, non illos quidem magistratus populi, sed plebis tamen magistratus, & qui sacrosancti essent, & ea potestate præditi, quæ postea sub imperatoribus, regalis potestatis facta est pars maxima. sub illis igitur Tribunis plebis etiam fuisse interreges. nam veteres historici memorant, creatos ab interregibus consules. ergo etiam interreges fuere illo tempore in republica, quo nulli alii magistratus præter Tribunos plebis erant. at Aureliano interfecto, sex totis mensibus interregnum fuit, nec tamen fuere interreges. quod nunquam alias in rep. acciderat. Hæc Vopiscus, qui non regalem potestatem Tribunis plebei attribuit, ut videtur existimare vir doctissimus, sed Tribunitiam, quæ potestas Tribunitia postea penes imperatores resedit, & facta est regalis potestatis pars maxima. sacrosancti enim Tribuni, ut notum est, fuere, & inviolati religione & lege facti. quam potestatem postea ideo assumpserunt imperatores, ut juxta cum Tribunis sacrosancti & inviolabiles essent: ἢ τὴ ἐξουσία ἢ δημοκρατικὴ καὶ κληρονομία διὰ τὴν αὐτοῖς πρὸς τοὺς ἄλλοις, τὸ μὴ ὑβρίζεσθαι. Dio. hæc plusquam nota sunt, repetenda heic tamen fuere, ut Vopiscum culpa liberarem, quem falsum esse hoc loco adnotavit vir eruditus.

<sup>3</sup> Tamen non est proditum, interreges eo

interreges eo tempore non fuisse. <sup>1</sup> Quinetiam verioribus historicis referentibus declaratum est, consules ab interregibus prius creatos, qui haberent reliquorum comitia magistratum. <sup>2</sup> Ergo, quod raram & <sup>3</sup> difficile fuit, s. p. q. r. perpeffus est ut imperatorem per sex menses, dum bonus quæritur, Respub. non haberet. Quæ illa concordia militum? quanta populo quies? quam gravis senatus auctoritas fuerit? Nullus usquam tyrannus emerfit: sub iudicio senatus & militum populique Romani totus orbis est temperatus: non illi principem quemquam, ut recte facerent, non tribunitiam potestatem formidabant, sed (<sup>3</sup> quod est

tempore non fuisse.] Bona sane & fortis argumentatione uteris Vopisco: non produnt historici interreges eo tempore non fuisse. ergo fuerunt. atqui longe meliore & validiore uteretur, qui sic diceret: Memorant historici, per totum illud quadriennii spatium interreges fuisse. ergo fuisse, credendum est. male autem semper Vopiscus interreges pro interrege nominat. non enim comitia creandis magistratibus per interreges habebantur, sed per interregem. idem error infra: consules ab interregibus creatos. nam unus interrex comitia habebat, non plures.

<sup>1</sup> Quinetiam verioribus historiis referentibus declaratum est consules ab interregibus prius creatos.] Unius voculæ mutatio vide quid faciat? pervertit nempe quod rectum est, aut perversa corrigit. legendum igitur hoc loco ex vet. edit. & Palatino: Consules ab interregibus post creatos. prius in post mutatum, & culpa Vopiscum absolvit, & errore nos solvit; in quo fuimus cum rationem fugisse Vopiscum suspicaremur, quemadmodum & suspicatus est olim vir eruditissimus Casaubonus. verissimum igitur est, quod heic tradit Vopiscus ex veriorum historicorum sententia; post illud quadriennium, quo magistratibus caruit resp. consules tandem fuisse creatos ab interrege. idque scribit Livius: remis-

tentibus Tribunis plebis, comitia per interregem sunt habita. nimirum hoc est, quod supra scribebat Vopiscus, nunquam ita vacuam fuisse hoc interregum nomine temp. ut non saltem aliquis interrex biduo triduoque crearetur. qui creabatur scilicet, ad habenda comitia reliquorum magistratum. ab interrege creatos consules, dicere debuit Vopiscus, non ab interregibus.

## CASAUBONUS.

<sup>1</sup> Quinetiam verioribus historiis referentibus declaratum est; consules ab interregibus prius creatos, q.] Durante Rep. hoc sapius accidisse ex historia T. Livii & omnibus aliis potest intelligi. sed erat hic sermo de illo quinquennio quo Resp. curulibus caruit magistratibus: quo quidem tempore consules ab interregibus fuisse creatos, qui haberent reliquorum comitia magistratum, nemo sanus ausit dicere. Quid igitur sibi hoc loco velit Vopiscus, & quos appellet veriores historicos viderint alii. Ego non dubito, quin hic eum ratio fugerit.

<sup>2</sup> Ergo quod raram & difficile fuit.] Et vulgo fieri posse iactabatur: itaque imperatores credi voluerunt. vide ad Spartiani Hadrianum.

<sup>3</sup> Quod est in vita optimum.] Terentius:

Id arbitror Adprime in vita esse utile.

est in vita optimum) <sup>1</sup> se timebant. Dicenda est tamen causa tam felicium morarum, & speciatim monumentis publicis inferenda ea in posteros humani generis stupenda moderatio: <sup>2</sup> ut discant qui regna capiunt, non raptum ire imperia, sed mereri. Interfecto sane fraude Aureliano, ut superiore libro scriptum est, <sup>3</sup> calliditate servi nequissimi, errore militarium, <sup>4</sup> ut apud quoslibet commenta plurimum valent, dummodo irati audiant, plerumque temulenti, certe consiliorum prope semper expertes, reversis ad bonam mentem omnibus, <sup>5</sup> eisdemque ab exercitu graviter confu-

<sup>1</sup> *Se timebant.*] Ambrosius epistola ad Constantium: *Nemo vel solus vel cum altero aliquid turpe aut improbum fecit: & si quis solus est, se ipsum pro cæteris erubescat, quem maxime debet vereri.*

<sup>2</sup> *Ut discant qui regna capiunt.*] Omnino scribendum ut in antiquis, cupiunt.

<sup>4</sup> *Ut apud quoslibet commenta plurimum valent.*] Apud quoslibet, inquit: nedum apud militares viros, quorum simplicitas facilius in errorem induci potest. non displiceat scribi, ut apud quos quorumlibet commenta plurimum valent.

<sup>5</sup> *Eisdemque ab exercitu graviter confutatis.*] Id est, pœna affectis: nam Mnestheus doli machinator surrectus ad stipitem bestiis obiectus fuerat.

## GRVTERVS.

<sup>2</sup> *Ut discant qui regna capiunt.*] Sic membranz Gallicanz. at Pall. adhærent vulgatis in quibus, capiunt. an fuit? captant.

## SALMASIUS.

<sup>3</sup> *Calliditate servi nequissimi, errore militarium.*] Hoc est militum tam bonorum, quam malorum. sic enim supra in Aureliano: *per fraudem unius hominis, & per errorem bonorum ac malorum. quo loci nihil esse mutandum nunc*

placet. boni enim malique pariter erraverunt, unius hominis calliditate & fraude impulsus, qui bonos pariter malosque, hoc est tam eos qui mererentur offensam, quam qui innocentes erant, in libello quodam quali omnino ab Aureliano occidendos descripsit. quo comperto boni malique ne prævenirentur, prævenierunt, & sic Aureliano occiderunt. *Militares autem heic pro militibus.* Sic legendum apud Ammianum Marcellinum lib. xxxi. *nihil circa administrationum augmentum præter pauca novari perpeffus: nunquam erigens cornua militarium. non tam bene cornua militaria in editionibus habentur.*

<sup>4</sup> *Ut apud quoslibet commenta plurimum valent.*] Non verum est, apud quoslibet commenta plurimum valere. sunt enim multi apud quos parum valent commenta. de folis militariibus loqui Vopiscum plusquam certum est. vitio igitur non carent hæc verba. Palatinus legit: *ut apud quoslibet commenta plurimum valent.* omnino scribendum: *errore militarium, ut apud quos qualibet commenta plurimum valent.* confirmant hanc correctionem sequentia de militibus, *qui irati audiant, plerumque temulenti, consiliorum semper expertes.* apud hoc genus hominum non mirum est, qualibet commenta plurimum valere.

confutatis: <sup>1</sup> coeptum est quæri, & quis fieri deberet ex omnibus princeps. Tunc odio præsentium, exercitus qui creare imperatorem raptim solebat, ad senatum literas misit, de quibus priore libro jam dictum est, petens ut ex ordine suo principem legerent. Verum senatus sciens lectos à se principes militibus non placere, rem ad milites retulit. Dumque id sæpius fit, sextus peractus est mensis. Interest tamen ut <sup>3</sup> sciatur quemadmodum Tacitus imperator sit creatus. Die septimo Cal. Octob. quum in Curiam Pompilianam ordo amplissimus confedisset, Velius Cornificius Gordianus cos. dixit, *Referimus ad vos P. C. quod sæpe retulimus. Imperator est deligendus: exercitus sine principe recte diutius stare non potest, simul quia cogit necessitas.* <sup>2</sup> Nam limitem trans Rhenum Germani rupisse dicuntur, occupasse urbes validas, nobiles, divites, & potentes. Nam si nihil de Persicis motibus nuntiat, cogitate tam leves esse mentes Syrorum ut regnare vel sæminas cupiant potius quam nostram perpeti sanctimoniam. Quid Africam? Quid Illyricum? Quid Egyptum, earumque omnium partium exercitum, quousque sine principe credimus posse consistere? Quare agite P. C. & principem dicite: aut accipiet eum exercitus quem elegeritis; aut si refutaverit, alterum faciet. Post hæc quum Tacitus, qui erat <sup>4</sup> primæ sententiæ consularis, <sup>3</sup> sententiam incertum

quam

<sup>1</sup> Cœptum est quæri & quis fieri deberet ex omnibus princeps.] Scribo: ecquis fieri deberet ex omnibus princeps. infra tamen scriptum est: & quis melius quam gravis imperat? & quis melius quam literatus imperat? Sed ibi & quis, est, *ci qđ ns.* Glossarium vetus: & quis, *ci qđ ns.*

<sup>2</sup> Nam limitem trans Rhenum Germani rupisse dicuntur.] Melius, limitem transrhenanum. atque ita Palatinus. ita etiam Trebellius in Postumio, transrhenani limitis ducem nominat.

<sup>3</sup> Sententiam incertum quam vellet dicere.] Palatinus & editio: incertam quam vellet dicere. perperam.

## GRUTERUS.

<sup>2</sup> Nam limitem trans Rhenum.] Palatinus transrhenanum. melius.

## CASAUBONUS.

<sup>3</sup> Sententiam incertum quam vellet dicere.] Distingue ad sententiæ lucem, sententiam (incertum quam) vellet dicere.

quam vellet dicere, omnis senatus acclamavit, *Tacite Auguste, dii te servant. te deligimus, te principem facimus, tibi curam Reipub. orbisque mandamus. Suscipe imperium ex senatus auctoritate: tui loci, tuae vitae, tuae mentis est quod mereris. Princeps senatus recte Augustus creatur, prima sententia vir recte imperator creatur. Et quis melius quam gravis imperat? & quis melius quam literatus imperat? Quod bonum, faustum, salutareque sit, diu privatus fuisti. Scis quemadmodum debeas imperare qui alios principes pertulisti. Scis quemadmodum debeas imperare, qui de aliis principibus iudicasti. At ille, <sup>1</sup> *Miror P. C. in locum Aureliani fortissimi imperatoris senem velle principem facere. En membra quae jaculari valeant, quae hastile torquere, <sup>2</sup> quae clypeis intonare, <sup>3</sup> quae <sup>4</sup> ad exemplum docendi militis frequenter equitare. Vix munia senatus implemus, <sup>5</sup> vix sententias, ad quas nos locus arctat, edicimus. Videte diligentius <sup>6</sup> quam etatem de cubiculo atque umbra in privinas, estusque mittatis. <sup>7</sup> An probaturos senem imperatorem**

<sup>1</sup> *Miror P. C. in locum Aureliani f.] Scribe, miror vos P. C. in l.*

<sup>5</sup> *Vix sententias, ad quas nos locus arctat, edicimus.] Id est, satis plene dicere, & perfecte valemus. aliud dicere, aliud edicere. sed nove hic accepit. nam ita & scripti.*

## GRVTERVS.

<sup>4</sup> *Ad exemplum docendi milites.] Pal. militis. nihilo pejus.*

## SALMASIUS.

<sup>2</sup> *Quae clypeis intonare.] De genere exercitii intelligendum est, de quo in Juliani rebus Ammianus Marcellinus lib. XXI. cum apud Parisios adhuc Caesar Julianus scutum variis motibus quatiens exerceretur in campo. scutum jaculare idem est apud Spartianum in Cassio. scutum rotare aliis, tractare scutum Vegetio lib. I. cap. I V. idem alibi, <sup>3</sup> *insurgere in clypeum tripudiantes iro-**

*nes dixit: sed nos alibi hac de re multa.*

<sup>3</sup> *Quae ad exemplum docendi milites.] Melius: quae ad exemplum docendi militis equitare. Sic Macrianus cum eligeretur imperator, se ad exemplum equitare non posse dicebat apud Trebellium: Senex sum. ad exemplum equitare non possum. sic alibi, ad exemplum fortiter facere, apud eundem.*

<sup>5</sup> *Vix sententias ad quas nos locus arctat, edicimus.] Edicimus pro dicimus, sic apud Tertullianum edicere pro dicere, quod alibi observamus. adde quod verbum edicere, sententiis convenit, quae sunt quasi edicta quaedam. sic diem edicere pro dicere vel indicere apud eundem Tertullianum.*

<sup>6</sup> *Quam etatem de cubiculo atque umbra.] Pal. & editio: ne cubiculo atque umbra. pro de cubiculo atque umbra.*

<sup>7</sup> *An probaturos senem imperatorem.] Idem libri: ac probaturos.*

tores milites creditis? <sup>1</sup> Videte ne & Reip. non eum quem velitis principem detis: <sup>2</sup> & mihi hoc solum obesse incipiat quod me unanimiter delegistis. Post hæc acclamationes senatus hæc fuerunt. Et <sup>3</sup> Trajanus ad imperium senex venit (dixerunt decies) <sup>4</sup> Et Adrianus ad imperium senex venit (dixerunt decies) <sup>5</sup> Et Antoninus ad imperium senex venit (dixerunt decies) Et tu legisti, in canaque menta Regis Romani (dixerunt decies.) Et quis melius quam senex imperat? (dixerunt decies) Imperatorem te, non militem, facimus, (dixerunt vicies) Tu jube milites pugnent. (dixerunt tricies) Habes prudentiam & bonum fratrem. (dixerunt decies) Severus dixit, Caput imperare non pedes. (dixerunt tricies) Animum tuum, non corpus eligimus. (dixerunt vicies) Tacite Auguste, dii te servant. <sup>6</sup> Deinde omnes interrogati:

<sup>1</sup> Videte ne reip. non eum quem velitis.] Videte ne & reip. non eum quem velitis principem detis, & mihi hoc solum obesse incipiat, quod me unanimiter delegistis.

<sup>4</sup> Et Adrianus ad imperium senex venit.] Videtur Hadrianus non fecus ac Trajanus de illis fuisse quos ἀποπλις Græci vocant, & ad imperium canos attulisse. quod de illo testatur hoc Sibyllinum oraculum:

— μὴ ἂν τὸν δὲ ἀλλ' ἀνάξει  
 Ἀρσούροσσαν ἀνὴρ, τῷ δὲ ἑοσε]  
 ἔνομο πρότε.

CASAUBONUS.

<sup>2</sup> Et mihi hoc solum obesse incipiat, quod me unanimiter delegistis.] Non sine probabili ratione aliquis malit, dilexistis. nihil tamen muto, sine libris.

<sup>3</sup> Trajanus ad imperium senex venit.] Non senex, sed specie senili erat Trajanus, cum factus est imperator. Plinius in ejus Laudatione: *Favus honor capiti & dignitas oris, ad hoc ætatis inflexa maturitas, nec sine quodam munere deum festinatis senectutis insignibus, ad augendam majestatem ornata cesaries, nonne longe lateque Principem ostentant?*

erat annorum quadraginta quatuor Dione auctore. tamen iterum Tacitus infra senem ait fuisse in oratione ad milites.

<sup>4</sup> Et Hadrianus ad imperium senex venit.] Imo adhuc quam Trajanus biennio circiter junior: accommodate igitur ad id quod agebatur ista dicuntur à senatoribus, non convenienter historię.

<sup>5</sup> Et Antoninus ad imperium senex venit.] Pius nempe; qui quinquagenario major ad imperium accessit: nam Marcus annorum erat fere XL.

<sup>6</sup> Deinde omnes interrogati.] Membranæ Puteani sic: Deinde omnibus interrogatis, is præterea qui post T. sed in regio optime, deinde Omnes. Interr. recta igitur est Justi Lipsii emendatio; qui pridem scribendum monuit: deinde OMNES. interrogatus præterea qui post T. f. vide ad Trebellii Pollionis Valeriano. Similis & alius locus paulo post.

GRUTERUS.

<sup>6</sup> Deinde OMNES. Interrogatus præterea qui.] Ita etiam Pal. nisi quod is interrogatus. vulgati perpera distinctione

P p s Cione

gati: præterea qui post Tacitum sedebat senator con-  
sularis ' Metius Falconius Nicomachus in hæc verba  
differuit, *Semper quidem p. c. recte atque prudenter*  
*Reip. magnificus hic ordo consuluit, neque à quoquam or-*  
*bis terra populo solidior unquam expectata sapientia est.*

atione habebant, servent. Deinde om-  
nes interrogati, præterea qui,

## SALMASIUS.

6 Deinde omnes interrogati.] Probet  
alius, non ego, Lipsii emendatio-  
nem: deinde OMNES interrogatus præterea  
qui post Tacitum sedebat senator. scio le-  
gitimam illam esse & solemnem ad-  
clamandi formulam in Senatu, Om-  
nes. sed ea dicta, discedebant, nec sen-  
tentia amplius rogabantur. At heic  
sequitur interrogatum fuisse senato-  
rem qui post Tacitum sedebat, & sen-  
tentiam dixisse. deinde acclamationes  
quæ præcesserunt ab omnibus  
sunt factæ. quid igitur opus addere:  
deinde OMNES? sciendum est aliquan-  
do senatusconsulta facta esse solis ac-  
clamationibus, nullis sententiis di-  
ctis, ut illud de Valeriano senatuscon-  
sultum, quod refert Pollio in Valeria-  
nis: cum enim omnes senatores in-  
terrupto, ut notat Trebellius, more  
dicendæ sententiæ, acclamassent, quæ  
ibi habentur, addiderunt, Omnes.  
qua voce significarunt non opus esse  
sententiarum dictione aut rogatione,  
cum omnes sentirent assentirentque  
eligendum esse Valerianum censo-  
rem. heic vero post illas acclamationes,  
quæ præcesserunt, interrogantur  
etiam senatores, & sententiam dicit  
qui post Tacitum sedebat. post cuius  
sententiam acclamatum est, OMNES.  
nam ejus oratione, inquit Vopiscus, &  
Tacitus ipse vehementer est motus, & to-  
tus senatorius ordo concussus. itaque om-  
nes in ejus sententiam discesserunt,  
solenni illo more acclamandi, Omnes,  
Omnes. Aliquando autem à sententia  
dicenda incipiebant; post sequeban-  
tur acclamationes adprobantium sen-  
tentiam ejus qui primus sententiam

dixerat. cujus moris exemplum in  
Maximi & Balbini vita. cum enim  
Sabinus sententiam dixisset, accla-  
matum est uno consensu: *Æquum*  
*est, justum est. Sabini sententiæ omnes con-*  
*sentimus.* aliquando ab acclamationi-  
bus incipiebant: tum interrogaban-  
tur Senatores, & sententiæ diceban-  
tur, ut hoc loco factum esse videmus,  
quo post acclamationes multas, Se-  
natores interrogantur. aliquando et-  
iam solis & nudis acclamationibus,  
nulla dicta sententia senatusconsulta  
condebantur, ut in Valeriano Trebel-  
lii cernere est. quando hic mos accla-  
mandi in senatu coeperit, loco dicen-  
dæ sententiæ, nos alibi aperimus.  
nam hoc etiam in loco senator ille  
qui sententiam dicit, videtur agnos-  
cere senatusconsultum jam esse fa-  
ctum per eas acclamationes, quæ præ-  
cesserant. sic enim dicit: *attamen ni-*  
*la unquam neque gravior, neque prudentior*  
*in hoc sacrorio dicta sententia est, senentem*  
*principem fecimus, &c.* si quis tamen  
Lipsum sequi malit, sequatur.

Deinde omnes interrogati.] Sic in  
Aureliano: post hæc interrogati plerique  
senatores. qui locus hanc lectionem  
confirmat. si quis tamen legere ma-  
lit, ut à Lipsio emendatum est, habet  
ad stipulatorem doctissimum Casau-  
bonum: cui viro bonæ litteræ tan-  
tum debent, quantum nemini debi-  
turas esse certum est, dum literæ sta-  
bunt.

## GRUTERUS.

1 Metius Falconius Nicomachus.] Pal-  
Mæcius Falconius.

## SALMASIUS.

1 Metius Falconius.] Mæcius Falco-  
nius. ita Palatinus. & melius.

f Nilai

attamen nulla unquam neque gravior, neque prudentior in hoc sacrario dicta sententia est. Senioresem principem fecimus, & virum qui omnibus quasi pater consulat. <sup>1</sup> Nihil ab hoc immaturum, nihil perperum, nihil asperum formidandum est. Omnia seria, cuncta gravia, & quasi ipsa Resp. jubeat, auguranda sunt. Scit enim qualem sibi principem semper optaverit: nec potest aliud nobis exhibere quam quod ipse desideravit & voluit. Enimvero si recolere velitis vetusta illa prodigia, Neronem dico & Heliogabalos, & Commodos, seu potius semper Incommodos, certe non hominum magis vitia illa quam etatum fuerunt. <sup>2</sup> Dii avertant principes pueros, & patres patria dici impuberes: & quibus ad subscribendum <sup>3</sup> magistri literarii manus teneant: <sup>4</sup> quos ad consularius dandos dulcia & circuli, & quaecunque voluptas puerilis invitet. Quae malum, ratio est habere imperatorem qui

famam

<sup>1</sup> Nihil ab hoc immaturum, nihil prope- rum, nihil asperum formidandum est. Non valde mihi aridet hoc loco vox prope- rum. Palatinus habet, properum. nul- lus dubito quin legi debeat, perperum. atque ita plane princeps editio. Glos- sarium vetus: perperus, περίπερϑ, περι- πτήρ. perperam ago, περιπερδομα, περι- πιδωμαι. Hesychius: περίπερϑ, περιβλακείας επισημειωϑ. ita le- gendum. nam quae sequuntur ad per- perum non pertinent.

<sup>3</sup> Magistri literarii.] Litteratores eos vocant.

<sup>4</sup> Quos ad consularius dandos dulcia & circuli.] Dulcia, placentae. cujus sin- gulare hoc dulcium. in vita Heliogaba- li, de dulciis. vetus interpres Juvena- lis ad illud:

Livida materno fervent adipata veneno.  
Dulcia, placentia veneno plena. ubi pla- centum pro placentia usurpavit. idem ad illud,

— accipe & illud  
Fermentum tibi habe.  
Dulcium malum quod stomachum indige-

stum praestat. ubi malum dulcium malam placentam appellavit. hinc dulcia- rium opus, & dulciamen, quod Graeci γλυκίσμα. nam γλυκίσμα & Graecis placentae. Moschopulus: πόπινα γλυκίσμα. Suidas: ἐσκεῖς γλυ- κίσμα ἐξ ἐλαίης ὕδατος. γλυκίδα dixit Hesychius pro eodem. ἐσκεῖς γλυκίς ἐξ ἐλαίης ὕδατος. ita scriben- dum. nisi quis putet legendum, γλυκίσμα, ut apud Suidam. quod non puto. nam à γλυκίς, γλυκίδιον. sic acetum appellaverunt. omnia igitur μελιτώμα, γλυκίδα & γλυ- κίσμα dixere. ut Latini dulcia & dulciamina. Sic enim apud D. Hiero- nimum in regula Pachomii vocan- tur. vide & quae supra notamus.

CASAUBONUS.

<sup>2</sup> Dii avertant principes pueros.] Sa- pientissimi Salomonis antiqua vox est: Vae tibi o terra, cujus rex puer est.

<sup>5</sup> Dulcia & circuli.] Etiam apud Graecos inter dulciariorum opera κύ- κλϑ.

famam curare non noverit: qui quid sit Resp. nesciat, nutritorem timeat, respiciat ad nutricem, manuum magistrorum iustibus terrorique subiaceat: faciat eos consules, duces, iudices, quorum vitas, merita, atates, familias, gesta non norit? Sed quid diutius P. C. protrahor? magis gratulemur quod habemus principem senem, quam illa iteremus quæ plusquam lacrymanda tolerantibus extiterunt. Gratias igitur diis immortalibus ago atque habeo, & quidem pro universa Repub. teque Tacite Auguste convenio, petens, obsecrans, libere pro communis

patria

I Manuum magistrorum iustibus terrorique subiaceat.] Alia lectio: magnorum magistr. ex quo emendabat Jolephus Scaliger, flagrorum magistr.

## GRUTERUS.

I Manuum magistrorum iustibus.] Pal. magnarum magistrorum iustibus.

## SALMASIUS.

I Manuum magistrorum iustibus terrorique subiaceat.] Lectio Palatini Codicis, magnarum. inde propagatum in veteres omnes editiones, magnorum. nec dubito, quin illa manus sint correctorum. Sed quæ sunt ista magna magistræ? an magna? Helychius: μάγιστρα, ῥάβδος, τρωπία μάστιξ. magis putem magnarum scriptum esse pro manarum. manna sunt falces. hinc manna magistræ, virgarum falces quas pædagogi & magistri litterarii pueris intentant. vetus interpres Juvenalis manipulos, mannas feni interpretatur. Verus Glossarium: δέσμων, marina, fascis. lege, manna, fascis. alibi manna scriptum legitur: manna, δρᾶσπια. & manna. Glossæ: δρᾶσπια, manipulus, manna. item Glossæ nondum editæ: manna, manipulus. quam propemodum veram esse hujus glossæ scripturam censeo. nam inde dictum manna pro furari apud Laberium. hoc est manus colligere, & res furtivas convasare. quod & manticali dicebant, & Græce ὀρνυκίτης.

manua igitur magistræ, sunt ferulæ. Mart.

Ferulæque tristes sceptrorum pædagogorum. hinc fortasse sceptrinum vimen, & sceptrine virgæ apud Adelmum:

Sed mirum dictu sceptrorum flagra beatus Iustibus argutis martyr non sensit acerba. idem in prosa sceptrinas virgas dicit: sceptrine virgæ quæ prius nodosa duritia vigeant, pluma molliores, & pægyro efficta sunt leviores. idem in versu sceptrinum vimen:

Flammeus aspectu, nigro candore corniculæ  
Sceptrinum vimen dextra gestabat in al-  
ma.

ita enim in veteribus. at Canisius in editione sua correxit, sive potius corrupit, Sceptrorum lumen. Latini sceptræ, & virgæ & bacula & scipiones ὀρνυκίτης dicunt. doctissimus tamen amicus noster sceptrinas virgæ, & sceptrina vimina apud Adelmum malebat, ut alius esset ad septem ternionum flagella, quibus olim martyres verberabantur, ut apud Abdiam lib. III. p. XLIII. quod non probo. sceptrum ferulæ etiam dicitur Aufonio.

2 Quorum vitas, merita, atates.] Vet. ed. quorum vitam, merita, atates.

3 Sed quid diutius P. C. protrahor.] Palatinus cum veteri editione: sed quod diutius. scribe: sed quo diutius P. C. protrahor?

4 Libere pro communis patriæ legibus de-  
poscens.] Eadem vet. editio: pro com-  
muni patriæ legibus deposcens. forte: pro  
com-

patria legibus deposcens, ne parvulos tuos, si te citius facta prævenerint, facias Romani heredes imperii: ne sic Remp. patresque conscriptos populumque Romanum, ut villulam tuam, ut colonos tuos, ut servos tuos relinquant. Quare circumspice, imitare Nervas, Trajanos, Adrianos. Ingens est gloria morientis principis Remp. magis amare quam filios. Hac oratione & Tacitus ipse vehementer est motus, & totus senatorius ordo concussus: statimque acclamatum est, Omnes, Omnes. Inde itum ad campum Martium: ibi comitiale tribunal ascendit: ibi præfectus urbis Ælius Cæsetianus sic loquutus est, Vos sanctissimi milites, & sacratissimi vos Quirites, habetis principem quem de sententia omnium exercituum senatus elegit: Tacitum dico augustissimum virum, ut qui hæcenus sententiis suis Remp. juvit, nunc juvet iussis atque consultis. Acclamatum est à populo, Felicissime Tacite Auguste, dii te servant, & reliqua quæ solent dici. Hoc loco tacendum non est plerosque in literas retulisse, Tacitum absentem & in Campania positum,

communis patriæ & legibus deposcens. sed nihil mutandum.

CASAUBONUS.

1 Si te citius facta prævenerint.] Legebatur pervenerint. emendabat igitur Josephus Scaliger, pervenerint. & Fata maiuscula F. sic apud Martialem:

Sic mihi cum seros Lachsis pervenerit annos.

scripsi habent prævenerint, aut prævenerint. quod verbum eleganter hic positum pro φθάνοισιν ἀπὸ πρὸς τῶν ἐσσομένων, sive καὶ ἀπὸ τῶν ἐσσομένων. Morte præveneri pro mori translaticium est.

2 Ne sic Remp. P. Q. C. P. Q. R. ut villulam tuam, ut colonos tuos, ut servos tuos relinquant.] Plinius in Panegyrico: An Senatam populumque Ro. exercitus, provincias, socios, transmissurus uni successorem à sinu accipias? summæque potestatis heredem intra domum tuam quæras? deinde: Imperaturus omnibus eligi debet

ex omnibus: non enim servulis tuis dominum, ut possis esse contentus quasi necessario herede, sed principem civibus daturus imperator.

GRUTERVS.

1 Si te fata citius prævenerint.] Ita bene Pal. non pervenerint, ut editi.

3 Qui hæcenus sententiis suis Remp. publicam juvit, nunc juvet iussis.] Pal. non agnoscit illud juvit; & loco juvet habet, divet.

SALMASIUS.

4 Acclamatum est à populo, Felicissime Tacite Auguste dii te servant.] Distingue & lege: acclamatum est à populo, felicissime Tacite Auguste dii te servant.

CASAUBONUS.

5 Tacitum absentem & in Campania positum principem nuncupatum.] Zonaras de electione Taciti, τὸ ἐπαύριον αὐτὸν ἀνὴρ ἠγέρθη καὶ ἀπὸ τῆς ἐν Καππαδοκίᾳ

fitum, principem nuncupatum: quod verum est, nec dissimulare possum. Nam quum rumor emerisset illum imperatorem esse faciendum, discessit, atque in Bajano duobus mensibus fuit. Sed inde deductus huic senatusconsulto interfuit, quasi vere privatus, & qui vere recusaret imperium. <sup>1</sup> Ac nequis me Græcorum alicui vel Latinorum existimet temere credidisse, habet bibliotheca Ulpia, <sup>2</sup> in Armario sexto librum elephantinum, in quo hoc S. C. perscriptum est: cui Tacitus ipse manu sua subscripsit. <sup>3</sup> Nam diu hæc

S. C.

παντα γὰρ τὸ τε διέτριβεν ἔνθα δὲ δέσ-  
μῳ τὸ ψήφισμα, εἰς Ῥώμην εἰ-  
σὴν μὲν ἀντιγράψαντες ἰδιωτικῶς. ubi vi-  
des magnum errorem & manifesta-  
rium, sive auctoris Zonarae, sive li-  
brarii, qui τὸ ἑργαλειὸν perperam  
posuit, cum debuisset τὸ βελόπι-  
στον.

## SALMASIUS.

<sup>1</sup> Ac ne quis me Græcorum alicui vel Latinorum existimet credidisse. ] Vetus editio, item Palatinus liber: ac ne quis me Græcorum alicui Latinorum ut aestimet credidisse. facile emendatu est: ac ne quis me Græcorum alicui, Latinorumve aestimet credidisse.

<sup>2</sup> In armario sexto. ] Palatinus liber: in sexto armerio. armerium pro armarium. sic pomerium pro pomario dicebant.

## CASAUBONUS.

<sup>3</sup> Nam diu hæc S. C. quæ ad principes pertinebant in libris elephantinis scribebantur. ] Desierat nempe vetus consuetudo, ut omnia S. C. in æs incisa referrentur in ærarium. Exarabant vero in tabulis eboreis, non autem ligneis honorificentia causa. meminit eboræorum codicum Ulpianus lege L I I. De legatis tertio.

## SALMASIUS.

<sup>3</sup> Nam diu hæc S. C. quæ ad principes pertinebant in libris elephantinis scribebantur. ] Elephantinos libros heic Josephus

Scaliger, non eboreos, sed ex elephantorum omentis esse vult, testimonio Isidori qui historias majore modulo scribi solitas refert, non tantum in charta aut membranæ, sed etiam omentis elephantinis. quæ præstantissimi viri sententia fortasse vera est. quod ille tamen aliud Latinis elephantinum, aliud eboreum; ut aliud ebur, aliud elephantum fuisse existimat, id aliter se habere facile ostendi potest. nam Latini & elephantum pro ebore, & elephantinum pro eboreo non raro usurpant. apud Virgilium:

— auro gravia, sectoque elephantino  
ibi Servius: pro ebore posuit, Græce dixit. item alio loco elephantum pro ebore dixit. sic elephantinum pro eboreo apud Martianum Capellam legere memini. Isidori Glossæ: Ebore, elephantino offe. Elephantini igitur libri sic esse possunt, ut codices eborei apud Ulpianum. sed ibi idem codices eboreos legit quem vide in tractatu de papyro adversus Guilandinum. Ego ne quid dissimulem, & codices eboreos apud Ulpianum retinendos censeo, & libros elephantinos heic apud Vopiscum, eboreos accipi debere existimo. Nam quod ille vir præstantissimus, ebur ineptam materiam scribendo esse affirmat, & eadem opera negat veteres in ebore scripsisse, & ei rei comprobanda adjicit, sibi experienti in ebore politissimo scribere, usu venisse sæpe, ut litteræ fugerent in lubrico  
illius

S. C. quæ ad principes pertinebant, in libris elephantinis scribebantur. Inde ad exercitus profectus: ibi quoque quum primum tribunal ascendit, <sup>1</sup> Mæsius Gallicanus præfectus prætorio in hæc verba differuit: *Dedit sanctissimi commilitones, senatus principem quem petistis: paruit preceptis & voluntati castrensiū ordo ille nobilissimus. Plura mihi apud vos præsentē imperatore non licet loqui. Ipsum igitur qui tueri nos debet, loquentem dignanter audite.* Post hoc Tacitus Augustus dixit, *Et Trajanus ad imperium senex venit, <sup>2</sup> sed ille ab uno deductus est: at me, sanctissimi commilitones, primum vos qui scitis principes approbare, deinde amplissimus senatus dignum hoc nomine iudicavit: curabo, enitar, efficiam ne vobis desint, si non fortia facta, at saltem vobis atque imperatore digna consilia.* Post hoc stipendium & donativum ex more promisit, & primam orationem ad senatum talem dedit. *Ita mihi liceat P. C. sic imperium regere ut à vobis me constet electum, ut ego cuncta ex vestra facere sententia & potestate decrevi. Vestrum est igitur ea jubere atque sancire quæ digna vobis,*

*digna*

illius materia: id non miror de nostris istis calamis pennacei generis, quibus hodie scribimus. Nam veteres alios de harundine habuere, quos etiam aliter temperabant. atramentum quoque, quo utebantur, à nostro atramento diversum, ebori pingendo aptius fuerit, quam quo hodie utimur. de qua re nos plura dicemus aliquando in alio opere & loco. Nunc id tantum habemus probandum, veteres in ebone scripsisse & eboreis tabulis, ut & in ligneis. quod qui negare paratus erit, cum frustra negare ostendam ex hoc Martialis disticho in apophoretis, cujus lemma: *Ebori pugillares:*

*Languida ne tristes obscurent lumina  
cera,  
Nigra tibi niveum littera pingat ebur.  
nec eo possis confugere, de ceratis  
pugillaribus accipiendum apud Mar-*

tialem. stat contra Martialis ipse, & alios à ceratis eboreos pugillares facit. quin apertissime candidum & nudum ebur atramento pingi, perscribique indicat. quo ego allusum esse à Plauto suspicor in Mostellaria, cum dixit:

*Una opera ebur atramento candefacere  
postules.*

sectiles igitur ex elephanto hoc est ebore tabellas, *elephantinos libros* vocat Vopiscus. aliter dicuntur *elephantina omenta* Isidoro, nempe quæ sunt *elephantis*, aliter *elephantini libri*, ex elephanto hoc est ebore sectili.

<sup>1</sup> *Mæsius Gallicanus.*] Idem liber: *Mæsius*. legendum, *Mæcius Gallicanus*.

GRUTERUS.

<sup>2</sup> *Sed ille ab uno deductus est.*] *NON* male. sed nec male *Pal. delectus est.*

*I Ut*

*digna modesto exercitu, digna populo Romano esse videantur.* In eadem oratione Aureliano statuam auream ponendam in Capitolio decrevit: item statuam argenteam in Curia, item in templo Solis, item in foro divi Trajani. Sed aurea non est posita: dedicata autem sunt solæ argenteæ. In eadem oratione cavit, <sup>1</sup>ut si quis argento publice privatimque æs miscuisset, si quis auro argentum, si quis æri plumbum, <sup>2</sup>capital esset cum bonorum proscriptione. In eadem oratione <sup>3</sup>cavit ut servi in dominorum capita non interrogarentur, ne in causa majestatis quidem. addidit, ut Aureli-

## SALMASIUS.

<sup>1</sup> *Ut si quis argento publice privatimque æs miscuisset, si quis auro argentum.* Ergo aurum argento, argentum ære, æs plumbo adulterabatur. inde aurum ad obrusam exigebatur, in quo ignis excoxisset & purgasset, si quid erat sequioris metalli, hoc est argenti admixtum. argentum autem pusulatum, hoc est candidissimum quod æris admixtione non tueret. Martialis:

*Et niveum candens pusula vincit ebur.*  
Juvenalis de argento ære mixto:  
*— tene argentum venæque secunda.*  
Vetus interpres: modicum aut leve, ærosum. sic æs plumbo miscebatur etiam publice. inde plumbeos nummos per contemptum Martialis appellat æream monetam cui plurimum plumbi admixtum lib. x. epigr. LXXIV.  
*Centum merebor plumbeos die toto.*  
quadrantes æreos intelligit. sic alibi nigram monetam dixit.

*Nigra sordibus explices monetæ.*  
& in fine ejusdem epigrammatis plumbeam selibræ vocat sex sestertios nummos æreos, ut ad vetus Rationale Imperii dicturi sumus: ubi eos falli docemus qui plumbeos apud Martialem accipiunt nummos ex plumbo, & discrimen faciunt quadrantis ex ære fusi, & plumbei cusi, quasi non aurei, argentei ærique

nummi funderentur simul, & cuderentur. unde illa, *ære, argento, auro, flato, serundo.* hæc inepta sunt. has igitur metallorum mixturas publice privatimque prohibuit Tacitus, pœna capitibus proposita, & bonorum proscriptione. Hinc cognoscimus stellionatus pœnam capitalem fuisse. nam heic proprie crimen stellionatus obtinet, in adulterandis scilicet metallis & miscendis. veteres Grammatici *Imponere pro fraudem facere aliquando dicitur.* unde *impostura* vocatur cum argentum vel aurum viliori metallo adulteratur, & qui hoc facit *impostor* vocatur. *impostura* & *stellionatus* idem. vide quæ supra notavimus.

<sup>2</sup> *Capitale esset.* Recte in Palatino, *capital esset.* sic *capital* facere apud Plautum & alios antiquos & bonos Latinitatis auctores.

## CASAUBONUS.

<sup>3</sup> *Cavit ut servi in dominorum capita non interrogarentur, ne in causa majestatis quidem.* Regula juris est. servum in caput domini non posse interrogari. sed excepta sunt constitutione Severi aliquot crimina: adulterii, fraudati census, & majestatis. hanc igitur constitutionem antiquavit lege sua Tacitus. sed non obtinuisse jus ab eo introductum, testis est titulus Codicis De quaestionibus.

relianum omnes pictum haberent. Divorum templum fieri iussit, in quo essent statuæ principum bonorum, ita ut iisdem natalibus suis, & parilibus, & Calend. Januariis & Votis, libamina ponerentur. In eadem oratione fratri suo Floriano consulatum petiit, & non impetravit, idcirco quod jam senatus

omnia

## SALMASIUS.

I Quod jam senatus omnia nundina suffector. &c.] In eodem libro & prima editione, nundina. & ita ubique scriptum. aliquot locis apud hos auctores nundinorum vel nundiniorum consularium habetur mentio. quot numero illa nundina fuerint, & quæ fuerint vel quare sic dicta, ambigi vel potius nesciri video. notum est sub imperatoribus jam inde à Claudio bimestres consules fuisse, ita ut duodecim in annum ordinarentur. Et si variatum aliquando pro libidine principum quorundam, & plures ordinati, hunc tamen numerum, & ordinandi modum tenuerunt plures, & meliores imperatores. sex igitur nundina vel collegia consulum suffectorum erant. primum nundinium ordinatiorum consulum à Kalendis Januariis usque ad Martias. secundam nundinium suffectorum à Kalendis Martiis ad Majas. tertium à Majis ad Julias. quartum à Juliis ad Novembres. quintum à Septembribus Kalendis ad Novembres. sextum & ultimum in reliquos duos anni menses. atque hæc sunt omnia suffectorum consulum nundina quæ sic vocat Vopiscus, quæ jam clauserat Senatus, hoc est omnes consules totius anni designarat & ordinaverat, cum consulatum fratri suo petiit Tacitus. ideoque non impetravit, quod minime vacuus locus esset relictus. Hinc legimus in vita Alexandri Severi, eum principem consularium iniisse tantum ordinarium, ac primo nundinio sibi alios semper suffecisse. nam primum nundinum fuit, ut dixi, consulum ordinatiorum, qui Kalendis Janua-

riis consulatum inibant, & nomen fastis dabant. quo primo nundino semper alios sibi sufficiebat Alexander, nec consulatum gerebat toros illos duos integros menses primi nundinii. Refert Spartianus eundem Severum Consules & ordinarios & suffectos ex sententia Senatus nominavisse, & vetera nundina (ita semper scripti) ex ordine instituisse. hoc est eum ordinem & modum consulum ordinandorum revocasse, quem supra descripsimus. cum enim multi ante Alexandrum Imperatores, jam inde à Commodo, sub quo viginti quinque consules uno anno facti sunt, adeo parum observabant, ut alium ejus rei morem agnoscerent nullum, nisi quem sua libido statuisset. Alexander vetera nundina ex ordine instituit, & in pristinum statum & formam reduxit. Quare autem appellata nundina vices ista & ordines suffectorum consulum, puto rationem accessi posse ex veteri more creando rum consulum, cum penes populum comitiorum & campi jus erat. tribus enim nundinis, vel in trinundinum indicebantur comitia, creandis consulibus. sed & candidati ipsi nundinis in comitium veniebant, & populo sese ostendebant, & singulos presentabant: quod & ipsum internundino etiam faciebant. ad eam rem igitur trinundini tempus dabatur petituris consulatum. Cicero de Cæsare: neque jam velle absentis rationem haberi sui: se presentem trinundinum petiturum. mutato more & jure designandorum consulum à populo in principem translato, mos tamen idem videtur remansisse, ut candidati nundinis in comi-

Qq

tium

Tom. II.

omnia nundina suffectorum consulum clauserat. Dicitur autem multum lætatus senatus libertate, quod ei negatus est consulatus quem fratri petierat. Fertur denique dixisse, *Scit senatus quem principem fecerit.*  
 2 Patrimonium suum publicavit, quod habuit in redditibus,

tium venirent, & ab omnibus viderentur. hinc *nundinum* vel *nundinium* pro consulum ordinatione usurpatum est. si quis aliam rationem afferri posse arbitratur, quam ego me nescire fateor, magnam à nobis, & omnibus humaniore litteratura tinctis iniverit gratiam, si eam non malit penes se retinere, quam in medium producere.

## CASAUBONUS.

2 *Senatus omnia nundina suffectorum consulum clauserat.*] Expofuimus ad Alexandrum Lampridii.

## GRUTERUS.

1 *Omnia nundina suffectorum.*] Pal. *nundina.*

## CASAUBONUS.

2 *Patrimonium suum publicavit, quod habuit in redditibus H. S. bis millies octingenties.*] Nullam in numero hinc posito varietatem scripti libri exhibent. Itaque licet per illos credamus, quod haut scio an ipsa Pitho multis hodie sit persuasura, hominem privatum in imperio Romano tantum possedisse, ut haberet in redditibus aureorum nostratium octo circiter milliones. opes etiam regum nonnullis hodie invidenda. Adde nunc presentem pecuniam, cujus vim maximam habuisse Tacitum domi collectam sequentibus verbis docet Vopiscus.

## SALMASIUS.

3 *Quod habuit in redditibus H-S bis millies octingenties.*] Ita plenis & plenis litteris omnibus discrete scriptum habent Palatinus liber & editio ve-

tus: *sestertium bis millies octingenties.* nec mendum igitur in hac lectione, nec suspicio mendii potest esse. hac summa facit septem milliones aureorum nostrorum: quam summam Senecæ census superabat totis quingentis millibus coronatorum. is enim ter millies sestertium rem habuit. Census etiam Lentuli Augusti, Augusti temporibus quinque millionum fuit. quod ut minus miremur, faciliusque aestimare liceat magnitudinem divitiarum Romanarum, Olympiodorus apud Photium scribit, ætate sua, longe minus florentibus & minus opulentis temporibus, & labente jam rep. multas Roma familias collegisse ex annuo reditu sexcenta quadraginta millia aureorum nostrorum, hoc est paulo minus duo milliones librarum. sic enim ejus verba interpretati sumus, non valde subtili ratione, quam alibi pressius, & sollicitis magis articulis subducimus. ita autem se habent: *ὅτι παλλοὶ οἰκοὶ Ρωμαίων αὐτοσσοδὸν καὶ ἐνιαυτὸν ἔδρανον διπλοῦν κληματῶν αὐτῶν ἀνὰ τεσσαρῶν καὶ χευστῶν κλημάτων, καὶ οἷα τῶν οἷων καὶ τῶν ἄλλων ἀπάντων εἰδῶν ἢ εἰς τετρασὼν τετρακισσὸν καὶ εἰς φεραμῶν χευστῶν.* in qua supputatione quadraginta octo aureos in libram auri incurere fecimus. tot enim aurei in libram auri computabantur etiam Vopisci tempore. sed quia Olympiodori historici temporibus, qui sub Theodosio vixit, septuaginta duobus aureis auri libra aestimabatur, ad hanc rationem melius est exigere Olympiodori verba. sic quinquaginta quattuor auri centenaria efficiunt moneta nostræ plus minus

tibus, 1 H-s. bis millies octingenties. Pecuniam quam domi collegerat, in stipendium militum vertit. Togis & tunicis iisdem est usus quibus privatus. 2 Meritoria

nus sexcenta millia coronatorum, ut numerum rotundum faciamus. atque hunc fuisse censum primariorum divitum sua aetate scribit auctor. mediocres autem in reditu habuisse quindecim & decem auri centenaria. Centenarium, centum libras auri significat. Cujus vocis frequens mentio apud Græcos Latinosque auctores recentioris ævi. mirum tamen doctissimum Photii interpretem ita fœdo lapsu erravisse in illa voce vertenda, ut εἰς κεντηνάριον reddiderit, duo millia denariorum. χρυσίον μὲν γὰρ εἰς μέγιστα κεντηνάριον εἰς (in ἀργύριον) ἡ δὲ ἀλυσία αὐτῆς εἰς αὐτὴν εἰς διαγίλας λίτρας σὺν πέντε. atqui sciendum est, bis mille libras, & viginti centenaria eandem summam esse, & efficere aureorum Justiniani centum quadraginta quattuor millia ex supputatione verusti Rationalis Imperii: quam summam in præturam filii impendisse refert idem Olympiodorus Symmachum, qui ex mediocribus erat senatoribus. Maximum enim unum ex opulentis, alterum tantum sumptuum fecisse in filii præturam. Hæc nos pluribus ad ipsum imperii Rationale, cujus editionem adornamus.

GRVTERVS.

1 Sestertium bis millies octingenties.] Ita Pal. nisi quod is sesterties.

CASAUBONUS.

2 Meritoria intra urbem stare vetuit: quod quidem diu tenere non potuit.] Lupas quæ corpore quæstum faciunt meritoria scorta vocant Latini, ut in Claudio Suetonius, cap. xx. potest ita exponi vox ista. potest & de loco accipi, ac meretriciis cellis. Severus in epistola ad Rogonium Celsum: Tui milites pro tricliniis popinas habent;

pro cubilibus meritoria. In libris juris frequens hæc vox, sed notione paululum diversa: neque enim sedem prostituerarum illis significat; verum idem fere ac πωροχρεῖον, & caupona, vel stabulum. quo sensu in Glossis exponitur ζενοδοχεῖον, meritorium.

SALMASIUS.

2 Meritoria intra urbem stare vetuit.] Meritoria ne de meretricibus, aut quæstuariis mulieribus accipienda censerem, impediēbat me quod scirem nunquam fere Latinos meritorium absolute dicere pro scorto, sed meritorium scortum, meritorium puerum. idque te docebit verum esse, frequens auctorum usus. pro loco igitur accipiebam, in quo meritorii pueri genitum sexus sui venderent, vel etiam lupæ & publicæ, æra corpore suo mererent. ita accipitur hoc vocabulum apud Aurelium Victorem in Philippis: id frustratum iri existimans imperator Philippus, tum quia forte præteriens filium similem pro meritorio ephæbum conspexerat, usum virilis scorti removendum honestissime consultavit. Rursus ut non de loco, sed de his qui in loco sunt intelligam, facit verbum stare, quod heic habetur. quod proprium est eorum earumve, qui se corporis sui merce tuentur. nam stare & prostare dicuntur. Juvenalis: — mamillis

Prostitit auratis titulum mentita Lyseia. Ovidius:

Stat meretrix parvo civis mercabilis ære.

plurium locorum testiumve congerie non est opus. sic meritoria erant pro meritoriis scortis, vel meritoriis pueris. sic prostibulum pro scorto. veteres autem, ut diximus, nunquam aliter hoc vocabulo nisi adjective usi sunt, & dicebant, meritoriam tabernam pro

toria intra urbem stare vetuit: quod quidem diu tenere non potuit. <sup>1</sup>Thermas omnes ante lucernam claudi iussit, nequid per noctem seditionis oriretur. CORNELIUM TACITUM, scriptorem historiæ Augustæ, quod parentem suum eundem diceret, in omnibus bibliothecis collocari iussit: & ne lectorum incuria deperiret, <sup>2</sup>librum per annos singulos <sup>3</sup>decies <sup>4</sup>scribi publicitus in \* evicis archiis iussit, & in bibliothecis poni. Holofericam vestem viris omnibus interdixit. Domum suam destrui præcepit, atque in eo loco thermas publicas fieri privato sumptu iussit: columnas centum Numidicas pedum vicenûm ternum Hostiensibus donavit. <sup>5</sup>De proprio possessiones quas in Mauritania habuit, <sup>6</sup>sartis tectis Capitolii deputavit.

caupona. recentiores *meritorium* dixerunt & *meritoriam redam*, quæ mercede conduceretur, & *meritorias puellas & pueros*, qui corpore quæstum facerent, & similia sexcenta.

## CASAUBONUS.

<sup>1</sup> *Thermas omnes ante lucernam claudi iussit.*] Vide Lampridium in Alexandro Severo.

<sup>2</sup> *Librum per annos singulos decies scribi publicitus in \* evicis archiis iussit.*] Minima mutatione potest emendari hic locus, ut scribatur *in cunctis archiis*. vel ut placebat præstantissimo Scaligero, *in evicis archi.* aut *civiciis*. sed ne penitus istis emendationibus assentiamur facit scripta lectio, quæ aliud nescio quid in se continere depravatum videtur. Eam apponam, ut doctis exercendi ingenii sit locus. habent igitur omnes membranæ vel *in encofarchis*, ut regiarum: vel ut Puteani, *enicofarchis*.

<sup>5</sup> *De proprio possessiones q.*] Prima verba ad superiorem periodum pertinent. scribe igitur: *Columnas centum N. p. v. t. H. donavit de proprio. Possessiones q.*

## GRUTERUS.

<sup>4</sup> *Scribi publice in \* evicis archiis iussit.*] Adponam & scripturam Palatinam *in evicos archis*. videtur autem mihi in illo *cos* latere vox *Consulium*.

## SALMASIUS.

<sup>3</sup> *Decies scribi publicitus in evicis archiis iussit.*] Non melius erit hunc locum tetigisse, illi præsertim qui dubiosa & incerta nolit pronuntiare. nos igitur eum hominibus & ingenio & otio paratioribus ventilandum & excutiendum libenter relinquimus, proposita prius scriptura antiquitus excusorum scriptorumque librorum, ut habeant in qua se exerceant & ingenii sui tentamenta ceptant. ea est: *decies scribi publicitus in evicos archis iussit*. cui non valde dissimilem proposuit ex libris suis Casaubonus. quod facit ad probandam illius in mendo fortasse, scripturam constantiam.

<sup>6</sup> *Sartis tectis Capitolii deputavit.*] In v. ed. *architectis* legitur. vitiose. idem mendum supra corrigere meminimus in Aureliano, ubi *architectis* perperam pro *sartis tectis* scriptum erat: *templum* Sulla

vit. Argentum mensale quod privatus habuerat, ministeriis conviviorum, quæ in templis fierent, dedicavit. Servos urbanos omnes manumisit utriusque sexus, intra centum tamen, <sup>1</sup> ne Caniniam transire videretur. Ipse fuit vitæ parcissimæ, ita ut sextarium <sup>II</sup> vini tota die nunquam potaverit, sæpe intra heminam. Convivium vero unius gallinacei, ita ut sinciput adderet & ova. Præ omnibus oleribus affatim ministratis, lactucis impatienter indulgit: <sup>2</sup> somnum enim se mercari illa sumptus effusione dicebat. Amariore cibos appetivit. <sup>3</sup> Balneis raro usus est, atque validior fuit in senectute. <sup>4</sup> Vitreorum diversitate atque operosita-

*Solis fundavit, & pontifices roboravit. decrevit etiam emolumenta fartis tectis & ministris fartis tectis, scilicet templi Solis. sic hoc loco Tacitus possessiones quas in Mauritania habebat, dicitur fartis tectis Capitolii deputasse.*

## CASAUBONUS.

<sup>1</sup> *Ne Caniniam transire videretur.] Legem Fusiam Caniniam, quæ ab Augusto ad Justinianum usque obtinuit. ille primus sustulit, ut libertates impediendam, & quodammodo invidiam.*

<sup>2</sup> *Somnum enim se mercari illa sumptus effusione dicebat.] In membranis hæc mire perturbata. Lactucam sativam frigidam esse atque *ἰσχυρὰ καὶ κρύα* scribit Dioscorides. sed fortasse sylvestrem intelligit auctor, quia addit statim: *amariore cibos appetit.* lactuca autem sylvestris, & somnum conciliat, & *ἰσχυρὰ ἐστὶ καὶ κρύα τῆς γῆς*, inquit idem. sed quæro, in lactucarum paratu quam appellet auctor sumptus effusionem.*

<sup>3</sup> *Balneis raro usus est, atque validior fuit in senectute.] Melius scripti, atque ideo validior fuit. sic Suetonius in Augusto laudat lavandi raritatem.*

<sup>4</sup> *Vitreorum diversitate atque operositate vehementer est delectatus.] In fingendis vitreis magna & arte & industria usi veteres, præsertim Aegyptii.*

de quorum vitris hæc capio.

## SALMASIUS.

<sup>2</sup> *Somnum enim se mercari illa sumptus effusione dicebat.] Tacitus alia parcus & sobrius, & qui convivia parco sumtu instituere amaret, oleribus tamen & lactucis largiter indulgebat, & liberali & laxa admodum ratione ea ministrari sibi volebat. quo genere edulium tantum, copiosum & sumptuosum ejus erat convivium. quam profusionem in hoc genere, ut excusaret, qui in aliis cibis adponendis largitatem & copiam averfabatur, somnum se mercari illo prolubio, & sumptus effusione dicebat. quod vero quærunter eruditi viri quam appeller Vopiscus in lactucarum & olerum apparatu sumptus effusionem, sciendum est, nihil aliud ea locutione intelligi, quam eorum copiam & abundantiam, quam nimis sumptuosam videri volebat parcus & aridus senex, cujus convivium non lautiore apparatu sumptuque constabat, quam unius gallinacei. quod mecum mireris licet, non in imperatore dico Romano, sed in eo qui privatus septem aureorum milliones ex bonis suis annuos colligebat.*

<sup>3</sup> *Balneis raro usus est, atque validior fuit in senectute.] Scribe: eoque validior fuit in senectute.*

Qq 2

3 Pa-

rositate vehementer est delectatus. <sup>1</sup> Panem nisi sic-  
cum

<sup>1</sup> Panem nisi siccum nunquam comedit.] Videndum quæ sit horum verborum sententia, panem nisi siccum nunquam comidisse Tacitum. quo sensu enim heic panem siccum accipiemus? an molli & recenti opponi dicemus, durum & non recens coctum panem, eoque sicciorem? an siccum pro biscocto, ut hodie vocamus, sumemus? sic ξηρόν ἄρτον Græci interpretantur buccellatum, qui est panis nauticus, & nobis hodie biscoctus dicitur, ut Græcis διπυρόν. biscoctum etiam appellamus genus panis melliti, qui inter bellaria nobis adponitur, saccaro & aliis rebus conditi. nos heic panem siccum pro pane solo capiendum putamus, & ita hunc locum interpretamur; Tacitum nunquam nisi panem solum in jentaculis, vel etiam prandiis comidisse. panem comedere, & panem gustare, hoc erat jentare veteribus. plerique autem non solum eum comedebant, sed palmas, uvas passas, nucleos, mel Atticum crudum aut coctum, aut aliquid melliti, operisve dulciarii. falsi etiam aliquid aliquando cum pane sumebant. Alii panem solum comedebant, ut heic Tacitus. sic de se Seneca scribit epist. LXXIII. non multum mihi ad balneum superest. panis deinde siccus, & sine mensa prandium, post quod non sunt lavanda manus. non meliorem poteramus interpretem Vopisco dare, quam hunc Senecam. nunquam igitur jentaculum sine pane, immo panis caput erat jentaculi, aliquando siccus & solus, interdum cum aliis rebus, ut supra dixi. hinc Græci βυκκισμὸν appellaverunt à Latina voce bucca vel buccæ, quæ frustum panis vel panem significat. nam inde buccella & buccellatum panis sex unciarum: de quo sunt à nobis ante notata quædam. vetus Glossarium: tantat, βυκκίσι. Gustare, βυκκίσου. hinc bucca & buccellarii, qui aliena buccæ hoc est quadra vivunt, parasiti scilicet, & adfectæ. Juvenalis,

— Curtius, & Mathobuccæ.  
item:

— notaque per oppida buccæ.

buccæ non sunt jaçantiaculi, ut vocat vetus ibi interpres, & qui buccas inflant, sed scurræ & parasiti, quos Græci βυκκίαντας ab eadem voce vocant, Latini buccones, & buccellarios. Optimæ glossæ: buccones, ὠροσέσι, βυκκίαντας. Buccæ panis Suetonius in Augusto vocat, quos Græci βλαμῶς, unde βλαμιαῖοι ἄρτοι. quadrati panes apud Athenæum. vulgo βλαμῆτοι legitur, manifesto errore. quem tamen hætenus omnes retinuerunt. sic δραχμιαῖον pro δραχμιαῖον multis auctororum locis vitiose scriptum animadvertimus, & emendavimus. ἡμισυῶν recentiores Græci dixerunt panis quadras vel buccæ. Tzetzes ad illud Hesiodi:

— τετραδραχμον ὀκτώβλαμον.  
ὀκτώβλαμον, ὀκτὼ δὴμισυῶν ἄρτοι.  
sic tridacna sive Plinio, quæ ita magna essent, ut tres buccæ possent facere, & ter mordenda essent. sic nos hodieque morsum panis pro frusto & buccella dicimus. hinc fortasse iuniorum Horatio, qui adhuc jejunus est, & nondum jentavit, nec jejunium polluit, quod faciebant gustata una aut altera panis buccæ. Augustus in epistolis: nos in effedo panem & palmam gustavimus. Et iterum: dum lectica ex regia domum redeo, panis unciam cum panis acinis una duracina comedi. & paulo post: qui in balneo demum post horam primam noctis duas buccæ panis manducavi prius, quam ungui inciperem. sic panem comedere, gustare, & jentare, res eadem. Galenus tractatu secundo ὑγεινῶν ἐν τῷ κε' πλὴν ἀρτῶν γινώσκω πρὸς τῷ ἄρτῳ ἢ τῷ μισθῷ ἐν πρὸς τῷ πρῶτῳ ἢ ὅτιεν ἄρτον μὴ μέλιτι ἀπικῆ. de jentaculo loquitur. quod non semper domi sumebant, sed in foro, in lectica, ubicunque essent, ut ex illo Galeni loco facile

cite intelligitur, & ex Augusti verbis quæ supra adduximus. Hora jentaculi tertia aut quarta. unde Martialis eum qui ad quintam venerat pransurus, sero venire dixit, ut jentaret: nimis tempori, ut pranderet.

*Mane veni potius. nam cur te quinta motetur?*

*Ut jentes, sero Caciliane venis.*

idem Galenus de Telepho Grammatico eodem lib. *ὅτι αἰς εἰ ἡμέτερος ἴσθι ἐλάσας, ὡς εἰ τριτῷ ὡσπὶν ἡλείφειτο μὴ βραχέως ἀναστρέφεις.* εἶτα χέντρον ἡψηθῆρον ἐν ὕδατι μέλι μείνυς ὡσπὶν ὅτι κραιπύον, ἡδιστε, καὶ τῆτ' ἡρέμειον αὐτῷ πλὴν γε ὡσπύτων. hæc de jentaculo. sequitur enim de prandio: *ἡρίστα ἢ καὶ ἕως ἐβδόμενης ὥρας ἢ βραχὺν ἢ πῶτον.* tertia igitur hora ungebantur, & gustabant, septima prandebant. Gustare enim id dicebant. Plinius epist. xvi. lib. vi. *usus ille sole, mox frigida, gustaverat.* jicens studebatque. ita legendum apud Plinium. vulgo est: *mox frigidam gustaverat.* absurdissime. utebantur sole, frigida lavabantur, gustabant, deinde prandebant: alii vero impransu totum diem durabant. confirmat nostram emendationem Plinius alio loco. epist. v. lib. III. *Post solem plerumque frigida lavabatur, deinde gustabat dormiebatque minimum, mox quasi alio die studebat in cena tempus.* Gustum igitur & gustationem pro jentaculo dicebant. Glossarium vetus: *gustus, γούμα. γαστήρη. gustare, βραχίστα, γούμα, βραχίστη.* Fulgentius: *Jentaculum, gustatio.* scio gustum & gustationem etiam primam partem cœnæ dictam. veteres Glossæ *γαστήρη* exponunt, quod garum vel oxygarum & alia fassamenta in illa cœnæ initiatione adponerentur. Martialis:

*— adfertur protinus ingens*

*Inter lactucas oxygarumque liber.*

nam lactuca & oxygarum in gustu apponebantur. Glossæ: *gustatio, γαστήρη. ἐν ἄλιστοις* ab eadem ratione *jentaculum* interpretantur: *Jentaculum, ἀκράτιστος, ἐν ἄλιστοις.* legitur hodie,

*ἐν ἄλιστοις.* corrigunt eruditi viri, καὶ γούμα. sed nostra correctio certissima est. *Gustarium* etiam hodie dicimus antecœnam vel merendam, hoc est cibum illum quem sumimus inter cœnam & prandium. raro autem prandebant veteres, & jentaculum cum prandio multi confundebant. *prandium* sane meridianum cibum appellabant, quem leviter & dicit tantum gratia sumebant. hinc illud apud Senecam quod supra rettulimus: *panis siccus, & prandium sine mensa.* hinc recentiores Græci γούμα prandium appellaverunt, cum veteres sic *jentaculum* vocarent. Niceta γούμα est ἀρίστα. Eustathius aperte explicat: *δὴλον ἢ καὶ ὅτι δειπνον μὲ οἱ πολλοὶ τὸ ὡσπύτων φασιν ἐμβρωμα. μετ' ὃ πόνος δειπνῶν δὲ τὸ κενῶς λεηθῆναι γούμα, ἢ ὡσπύτην ἢ ἀρίστα, ἀλλὰ ὡσπύτην τὸ ἀρίστα ἔχειν καὶ ἐξοχλῶ. δόρπον δ' ὕδεις ὅς ἀμφέβαλε μὴ δόρπον ἐμεῖν τῆ ἑσπέρας.* *Jentaculum, ὡσπύτων ἐμβρωμα* Eustathio. cui sumendo hora nona dedicata erat. hodierni Græci *ὡσπύτων* vocant, quod ante prandium, quod ipsi γούμα dicunt, sumatur. Nos *dejejunare* dicimus pro jentare, quod est *jejunium solvere.* jejunat enim qui totum diem immorsus & jejunus perstat. at qui mane cibum sumit, is non potest amplius dici jejunus. jejunium igitur solvit, hoc est uno verbo *dejejunat.* Græci porro aliter *ἀσπύτων* jentare dicunt. qui jejunus cibum sumit, *ἀσπύτων*. & primus cibus qui à jejuno sumitur, est *ἀσπύτων*, hoc est *jentaculum.* *ἀσπύτων* etiam pro eodem dicebant, quod ad verbum est, *dejejunare.* Hesychius: *ἀσπύτων, ἀσπύτων ἐπὶ ὡσπύτων ἐλθεῖν.* omnino legendum est, *ἀσπύτων ἐπὶ βρωτῶν ἐλθεῖν.* vel *ἐπὶ βρωτῶν.* idem: *βρωτῶν, βρωτῶν, τροφή.* non placet mihi viri doctissimi interpretatio, qui *ὡσπύτων* retinet, & ad ritus refert veteris Ecclesiæ. *ἀσπύτων* Græcis dicitur qui non est jejunus.

cum nunquam comedit, eundemque sale atque aliis rebus conditum. Fabricarum peritissimus fuit, marum cupidus, nitoris senatorii, venationum studiosus. Mensam denique suam nunquam nisi agrestibus opimavit. <sup>1</sup> Fasianam avem, nisi suo & suorum natali <sup>2</sup> & diebus festissimis, non posuit. <sup>3</sup> Hostias

suas

hinc *ἀπονησίξει* jejunium solvere, & jentare. Sic jejunium solvisse Proserpinam dixit Ovidius, quæ apud inferos septem grana mali punici contigerat. lib. v. Metam.

*Non ita fata volunt, quoniam jejunia virgo*

*Solverat.*

hinc jejunium jantaculo polluere. Nigidius dixit: nos ipsi jejunia jantaculis levis polluimus. id est ad verbum, de-jejunavimus vel jantavimus. sic famem polluere dixit eleganter Symmachus epist. 7. lib. 1. Sed mihi honeste multitudinis nulla vitatio est. & si bis tanto plures quam scribis affuerint, bonam frugem feceris: nec deerit, quo famem polluant. nam comitibus vestris utpote sobriis sagina cadundæ cura posterior est. ita mihi scriptum repertum est in antiquissimis schedis Palatinæ Bibliothecæ, quantum ope multas mendas, etiam post doctissimorum virorum laboriosam & eruditam operam, in polietissimo scriptore sustulimus. polluere famem eleganter dictum, ut Nigidio polluere jejunia: hoc est, famem imminuere, & non integram servare. inde fames integra Ciceroni: integram famem ad cænam afferam. id est non inammutam nec pollutam, sed intactam & intemeratam. Quod autem in loco supra scripto Glossar. *ἐνάλισμα* pro *ἐνάρισμα* corrigebamus, etsi de illa correctione vix dubitamus, mihi tamen modo in mentem venit, lectionem Glossarii stare posse. nam *ἐνάρισμα* est libamentum, quod diis manibus infertur. quod jantaculum dictum esse nullus dubito. sic jantaculum vetus Callimachi interpretes verterat, *ἀνδύω* vel *ἰουσίω*. Jantaculum proferre Jovi. sic le-

gendum est apud Fulgentium, qui citat ex Callimachi Actis illud hemistichium. *δειπνον Ἐγκείης* proverbio notum est. Sed hæc alibi fusius, quæ nos heic strictim tetigimus, & libavimus tantum, jentantium more, & opimo opiparoque convivio servantium.

*Panem nisi siccum nunquam comedit.] Panem comedere est jantare: quod in jantaculo panem fere siccum comdebant. inde βυκκίλειν, hoc est buccas vel buccas panis comedere pro jantare. in Lexiphane Luciani δειπσιπτεῖν est jantare: εἶπε δειπνήσαντες, ἢ δὲ ὁ Καλλιπλῆς, εἶπε τὸ δειπνῶν ἀπειδινῶμεθα ἐν Λυκείῳ. νῦν ἡδὴ κραιῶς ἐστὶ χροῖσθαι τὸ ἡλικίας, καὶ ὡς πλὴν εἶλω ἴερα, καὶ λυσίμυκτος δειπσιπτεῖν. vide quæ notamus ad vitam Antonini Pii.*

<sup>2</sup> *Et diebus festissimis.] Mallet vit doctissimus, diebus festissimis, hac ratione quod poetico magis illud festissimis. atqui non aliter auctores isti loqui consuerunt. Spartianus in Alexandro: Jovis epulo & Saturnalibus, & hujusmodi festis diebus fasianus. idem alio loco: erant & gallinacii duo, adhibebatur & anser diebus festis. & sic alibi passim, aliique etiam scriptores.*

#### CASAUBONUS.

<sup>1</sup> *Fasianam avem, nisi suo & suorum natali & diebus festissimis non posuit.] Vide potius num scribendum festissimis. nam illa altera vox magis sit poetarum. de fasianæ avis raritate in convivii veterum imperatorum, supra ad Pertinacis vitam.*

<sup>3</sup> *Hostias suas semper domum revocavit.] Non sine aliqua, ut videtur,*

suas semper domum revocavit, iisdemque suos vesci iussit. Uxorem gemmis uti non est passus. Auroclavatis vestibus idem interdixit. Nam & ipse auctor Aureliano fuisse perhibetur ut aurum à vestibus & cameris & pellibus submoveret. Multa hujus feruntur, sed longum est ea in literas mittere. Quod si quis omnia de hoc viro cupit scire, <sup>1</sup> legat Suetonium Optatianum qui ejus vitam affatim scripsit. <sup>2</sup> Legit sane senex minutulas literas ad stuporem: nec unquam noctem intermisit <sup>3</sup> qua non aliquid vel scriberet vel legeret, <sup>4</sup> præter posterum calendarum diem. <sup>5</sup> Nec <sup>12</sup> tacen-

ἀειλάθεις aut sordium nota hæc dicuntur. nam moris erat ut post rem divinam factam, in templo cum sacerdotibus epularentur. sed qui ad rem erant attentiores, victima portunculam aliquam sacerdotibus relinquebant, ac reliquas carnes domum revocabant, ut inter suos illis ibi vescerentur, vel etiam divenderent. inde illa εἰδωλόθυρα quorum meminit Apostolus. Tangit hoc μισρολοφίας genus Theophrastus in ejus caractere. ἐνδίδες τὴν αὐτῆς ἡραίας, ἢ ἰσρείας, πᾶσι τῶν ἰσράην τῶν κρέα ἀποδιδόντες. Solet, inquit, filiam suam nuptiam collocans, victimæ carnes, iis exceptis quæ adolentur, vendere. ita capimus nunc illum locum, paullo aliter quam olim.

<sup>1</sup> Legat Suetonium Optatianum.] Regius codex hunc obscurum hodie scriptorem nominat, Suetonium Actacianum. alii libri cum vulgatis.

<sup>2</sup> Legit sane senex minutulas literas ad stuporem.] Regius, minusculas literas.

<sup>4</sup> Præter posterum Calendarum diem.] De hac veterum religione notatum aliquid ad Suetonii librum secundum, cap. xcii.

<sup>5</sup> Nec tacendum est, & frequenter imitandum.] Emendabam, sed frequenter imitandum. verum aliter omnes membranae, in quibus est, mirandum. quod tamen minus probo.

GRUTERUS.

<sup>1</sup> Legat Suetonium Optatianum.] Consentit in hanc vulgatorum scripturam Pal.

SALMASIUS.

<sup>3</sup> Qua non aliquid vel scriberet, vel legeret.] Qua non aliquid vel scriberet ille vel legeret. ita Palatinus.

<sup>4</sup> Præter posterum Calendarum diem.] Posteri dies Calendarum, Nonarum, Iduum, veteribus infausti atque atrii habebantur. posterum diem nundinarum etiam quidam observabant. ut de Augusto scribit Suetonius. hinc posteri dies pro atris & infaustis. Nonius: Atrii dies dicuntur quos nunc nefastos, vel posteros vocant. ubi male improsperos viri docti corrigunt. Macrobius: Dies autem omnes postridianos ad omnia majores nostri cavendos putarunt. quos etiam atrios velut infausta appellatione damnarunt. easdem tamen nonnulli communes velut ad emendationem nominis vocitaverunt. communes autem dixerunt, quasi neque bonos neque malos, ad vitandam nominis δυσφημίαν, cum tamen eos malos esse intelligerent. sic communes dii qui utrisque partibus favent. ut contra proprii qui nobis solis faventes propitiique sunt. quos & nostros dicimus:

Vadimus immixti Danais haud nmine nostro.



tacendum est, & frequenter intimandum, tantam senatus lætitiā fuisse quod eligendi principis cura ad ordinem amplissimum revertisset, ut & supplicationes decernerentur, <sup>1</sup> & hecatombe promitteretur à singulis: denique senatores ad suos scriberent, nec ad suos tantum, sed etiam ad externos. Mitterentur præterea literæ ad provincias, <sup>2</sup> ut scirent omnes socii omnesque nationes in antiquum statum redisse Rempub. ac senatum principes legere, imò ipsum senatum principem factum: leges à senatu petendas, reges Barbaros senatui supplicaturos: pacem ac bella senatu auctore tractanda. Nequid denique deesset cognitioni, plerasque hujusmodi epistolas in fine libri posuit, & cum cupiditate & sine fastidio, ut existimo, per-  
13 legendas. <sup>3</sup> Et prima quidem illi cura imperatoris facti

hinc diis suis aliquid facere dicebatur ille, qui faventibus & propitiis diis faciebat. Ovidius in epistola Medæ:

*Sed mihi tam faciles unde, meosque Deos?*

ita enim legendum auctoribus membranarum. id est, unde tam faciles, & tam meos Deos, mihi tam proprios propitiosque? Quidam tamen communes deos, beneficos & humanos interpretati sunt. Servius ad illud:

*Communemque vocate deum.* —

alii communem, humanum, beneficium, *Φιλάνθρωπον* unde & communes homines dicimus.

<sup>5</sup> Nec tacendum est, & frequenter imitandum. ] Omnino scribendum: nec tacendum est, & frequenter intimandum. nam Palatinus liber, & editio vetus imitandum retinent, manifesto errore, pro intimandum. non tacere autem istis auctoribus familiaris locutio, pro dicere vel loqui. Sic igitur accipi debet, quasi scripsisset: & dicendum est, & frequenter intimandum. sic apud Spartianum, ut priorem Verum intimatum legentibus daret.

## CASAUBONUS.

<sup>1</sup> Et hecatombe promitteretur à singulis. ] Legendum ex regio & Puteani codicibus: & hecatombæ promitterentur, singuli denique senatores ad suos scr.

<sup>3</sup> Et prima quidem illi cura imperatoris facti hæc fuit, v. ] Scribè, illius, nihil malis, illi cura imperatori facti.

## GRUTERUS.

<sup>1</sup> Et hecatombæ promitterentur: singuli denique Senatores, &c. ] Obsequutus sum membranarum Gallicanarum, cum esset in vulg. & hecatombe promitteretur à singulis, denique &c. Palatinus ab utrisque; habetque, & hecatombæ promitteretur singulis, denique, &c.

<sup>2</sup> Ut scirent omnes socii. ] Distincta ut, non est in Palat. & potest abesse, tanquam initium fuerit verborum formalium quibus usi Senatores.

<sup>3</sup> Et prima quidem illi cura Imperatoris facti hæc fuit. ] Sic & Pal. forte illi mutandum in illico.

## SALMASIUS.

<sup>3</sup> Et prima quidem illi cura imperatoris facti fuit. ] Nihil mutamus. est enim pos.

facti hæc fuit, ut omnes qui Aurelianum occiderant, interimeret, bonos malosve, <sup>1</sup> quum jam ille vindicatus esset. <sup>2</sup> Et quoniam à Mæotide multi barbari eruperant, <sup>3</sup> hos eisdem consilio atque <sup>4</sup> viribus, ut eo redirent, compulit. <sup>5</sup> Ipsi autem Mæotidæ <sup>6</sup> ita congregabantur, quasi accitu Aureliani ad bellum Perficum convenissent, auxilium daturi nostris, si necessitas postulare. <sup>7</sup> Quum Tullius dicat, <sup>8</sup> magnificentius esse

positum pro, & prima illi cura imperatori facta fuit. non dissimilis loquendi ratio apud Ciceronem illa est: ut tuam virtutem cognitam domi togati, armati foris. qua & alii auctores affatim usi sunt Græci Latinique.

## CASAUBONUS.

<sup>1</sup> Cum ille jam vindicatus esset.] Occiso Mnestheo, qui statim ab ipsis auctoribus cædis errore cognito feris objectus. sed Tacitus pœnitentia Mucaporis sive Mucaperis, qui manu sua cædem patrauerat, non contentus, & ipsum & alios necis auctores excruciauit. Aurelius Victor.

<sup>2</sup> Et quoniam à Mæotide multi Barbari eruperant h.] Eadem Zosimus. qui ea tempestate Barbaros à Mæotide profectos in Ciliciam usque penetrasse scribit.

<sup>7</sup> Cum Tullius dicat m.] Pendet sententia imperfecta: quam fulcit regia lectio: M. Tullius dicit, magn. sic & Puteani.

<sup>8</sup> Magnificentius esse dicere quemadmodum ceperit consularum.] Non est plena sententia, quæ hujusmodi videtur fuisse: magnificentius esse dicere quemadmodum ceperit consularum; quam quod factus sit consul.

## GRUTERUS.

<sup>4</sup> Viribus ut eo redirent, compulit.] Pal. viri ut eo comperisset.

<sup>6</sup> Ita congregabantur quasi accitu.] Pal. ita segregabant quasi accitu.

<sup>7</sup> Cum Tullius dicat, magnificentius.] Pal. omisso cum habet, Marcus Tullius dicit, magnific.

## SALMASIUS.

<sup>3</sup> Hos eisdem consilio atque viribus, ut eo redirent compulit.] Pal. hos eisdem consilio atque viri ut eo comperisset. sub cuius lectionis integumentis quid boni lateat, non video. non aliter legit editio prima. locus hic mihi dubiæ sanitatis videtur. sed melioris certiorisque ut sit, à me nunc non debet expectari.

<sup>5</sup> Ipsi autem Mæotidæ.] Sic supra nisi fallor Mæotidas appellavit populos Mæotim paludem accolentes. Mæotidæ Stephano dicuntur, atque aliis, ut equidem arbitror, scriptoribus Græcis.

<sup>7</sup> Quum Tullius dicat.] Lege ex veteri editione, item Palatino codice: M. Tullius dicit. sequentia vero ipso auctore Cicerone sic legenda, & supplenda sunt: magnificentius esse dicere, quemadmodum gesserit consularum, quam quemadmodum ceperit. Locus Ciceronis habetur in oratione in L. Pisonem his verbis: Sed omitto ut sit factus uterque nostrum. sit sane fors domina campi: magnificentius esse dicere quemadmodum gesserimus consularum, quam quemadmodum ceperimus. at Vopiscus magnificum quidem Tacito fuisse ait, quod tanta gloria ceperit imperium: gessisse vero nihil magnum propter brevitatem temporis quo in imperio fuit.

esse dicere quemadmodum ceperit consulatum: <sup>1</sup> at in isto viro magnificum fuit quod tanta gloria cepit imperium. Gessit autem propter brevitatem temporum nihil magnum. <sup>2</sup> Interemptus est enim infidiis militaribus, ut alii dicunt, sexto mense: <sup>3</sup> ut alii, morbo interiit. Tamen constat, factionibus eum oppressum, mente atque animo defecisse. Hic idem menssem Septembrem TACITUM appellari iussit, <sup>4</sup> idcirco quod eo in mense & natus & factus est imperator. <sup>5</sup> Huic frater FLORIANUS imperio successit, de quo pauca ponenda sunt.

<sup>1</sup> *At in isto viro magnificum fuit.]*  
Vet. editio: *At isto viro magnificum fuit. quod non prætulerm vulgata, non tamen prorsus etiam improbavim.*

<sup>5</sup> *Idcirco quod eo in mense.]* Quod eo mense.

<sup>6</sup> *Huic frater Florianus imperio successit.]* In Imperio successit. lege mox uno tenore: de quo pauca ponenda sunt. Hic frater Taciti germanus fuit, qui post fratrem arripuit imperium. ita libri, itaque etiam hæc continuanda jam observantur viri docti.

## CASAUBONUS.

<sup>2</sup> *Interemptus est infidiis militaribus.]* Occasionem cædis narrant Zosimus & Zonaras.

<sup>3</sup> *Ut alii, morbo interiit.]* Victor vulgaris, Tacitus ducentesimo imperii die apud Tarsum febrim moritur. in numero dierum consentit Eutropius, qui in imperio ait fuisse menses duos & dies xx.

## GRUTERUS.

<sup>5</sup> *Quod eo mense.]* Sic Palatinus. alii editi, quod eo in mense.

FLAVII VOPISCI SYRACUSII  
FLORIANUS.

<sup>1</sup> Hic frater Taciti germanus fuit, qui post fratrem arripuit imperium, <sup>2</sup> non senatus auctoritate, sed

## CASAUBONUS.

<sup>1</sup> *FLAVII VOPISCI SYRACUSII FLORIANVS.]* Inducendus hic titulus, & sequentia superioribus connectenda: est enim unicus liber, ut initio diximus.

<sup>2</sup> *Hic frater Taciti germanus fuit, q.]* Scribendum, non germanus. nisi alios hic sequitur auctores, alios infra,

ubi, *diversis patribus, ait, nati feruntur.* apparet ex ipsis nominibus: nam Tacitus dicitur in nummis, CLAUDIVS TACITVS. at Florianus nominatur, M. ANNIVS FLORIANVS.

<sup>3</sup> *Non senatus auctoritate.]* Adde, neque militum suffragiis. Aurelius Victor: nullo senatus seu militum consilio imperium invasit.

I Adju.